Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Epistola Iacobi

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

Et quidam credebant hijs q̄ dicebant̄ qui
dam u̾o n̄ credebant. Cumq̄ inuicem nō
essent ɔsentientes discedebant dicente
paulo unū uerbum. Quia bn̄ sp̄c s̄cs locu
tus ē p ysaiam p̄pham ad p̄res nostros
dicens. Vade ad p̄plm istum ⁊ dic ad eos.
Aure audietis ⁊ nō intelligetis ⁊ uidētes
uidebitis ⁊ nō p̄spicietis. Incrassatū ē
enī cor p̄pli huius ⁊ aurib; grauit̄ au
dierunt ⁊ oculos suos ɔp̄sserunt ne
forte uideant ocul' ⁊ aurib; audiant.
⁊ corde intelligant ⁊ ɔ̄uertant̄ ⁊ sanem
illos. Notum ergo sit uob' q̄m gentib;
missum ē hoc salutare dei. ipi ⁊ audient.
Et cum h' dixisset exierunt iudei multā
h̄ntes inter se q̄stionē. Mansit aūt bi
ennio toto in suo ɔducto ⁊ suscipieba
omīs qui ingrediebant̄ ad eum p̄dicans
regnum dei ⁊ docens q̄ sunt de dn̄o ih̄u
xp̄o cū oī fiducia et p̄hibitione. Explic
unt actus apl'oꝝ. Incip̄ plogus s̄r cano
NOn ita cas Epistolas.
ordo est apud grecos
qui integre sapiunt
⁊ fidem rectam sectan
tur. epistolaꝝ septem. q̄ canonice nun
cupant̄. sicut in latinis codicib; inuenit̄.
Quod q2 petr' p̄mus est in numero apl'oꝝ.
p̄me sunt etiā eius ep̄le in ordie ceteraꝝ.
Sed sicut euangelistas dudū ad ūitatis
lineā correximus. ita has p̄prio ordi
deo nos iuuante reddidim'. Est eīm p̄
ma earū una iacobi. petri due. iohānis
tres. ⁊ iude una. Que si sic ab eis dige
ste s. ita quoq; ab interp̄tib; fideliter i
latinū u̾terent eloquiū nec ambigui
tatē legentib; facerent. nec sermonū
sese uarietas impugnaret. illo p̄cipue
loco ubi de unitate trinitatis in p̄ma

iohānis ep̄la positum legim'. In q̄ etiā
ab infidelib; translatorib; multū erra
tum esse a fidei ūitate ɔp̄erimus. trium tm̄
uo̾ rex uocabula hoc ē aq̄ sanguis et
sp̄c. in ipa sua editione ponentes. ⁊ p̄ris
uerbiq; ac sp̄c testimonium omittentib;.
i quo maxime ⁊ fides catholica robo
rat' ⁊ p̄ris ⁊ filij ac sp̄c s̄ci una diuini
tatis sb̄a ɔp̄batur. In ceteris uō ep̄lis q̄n
tum a nr̄a alioꝝ distet editio lectoris
prudentie derelinquo. Sed tu uirgo xp̄i eusto
chium. dum a me inpensi' scripture ūita
te inquiris. meā quodāmodo senectute
inuidoꝝ dentib; corrodendam exponis.
qui me falsariū corruptoreq; scāꝝ p
nunciant scripturaꝝ. Sed ego in tali ope
nec emuloꝝ meoꝝ inuidentiam p̄ti
mesco. nec scē scripture ūitatem po
scentib; denegabo. Incipit Epistola Ia
IAcob' dei et dn̄i nr̄i ih̄u x̄ cobi.
seruus. duodecim tribub; que sūt
in dispsione salutem. Omne gau
dium existimate f̄res mei. cū in
temptationes uarias incideritis
scientes q2 p̄batio fidei ur̄e patie
tiam operatur. Patiā aūt op' p̄fcm̄
habeat. ut sitis p̄fci ⁊ integri in nul
lo deficientes. Siquis aūt urm̄
indiget sapia. postulet a deo. qui
dat omnib; affluent' ⁊ nō impperat
et dabit' ei. Postulet aūt i fide nich'
hesitans. Qui eī hesitat. similis est
fluctui maris qui a uento mouet'
⁊ circūfert'. Nō ergo estimet hō ille
q2 accipiat aliqd a dn̄o. Vir duplex
aīo. inconstans est i oīb; uijs suis. Glo
rietur aūt f̄r humil' in exaltatiōe sua.
qm̄ sic flos feni transibit. Exortus ē eni
sol cum ardore ⁊ arefecit fenū ⁊ flos eī'

cecidit et decor vultus eius deperiit. Ita
et dives in itineribus suis marcescet.
Beatus vir qui suffert temptationem quoniam
cum probatus fuerit accipiet coronam
vite quam repromisit deus diligentibus se.
Nemo cum temptatur dicat quoniam a deo
temptatur. Deus autem intemptator ma
lorum est. ipse enim neminem temptat. Unus
quisque vero temptatur a concupiscentia sua ab
stractus et illectus. Deinde concupiscentia cum
conceperit parit peccatum. peccatum vero cum consum
matum fuerit generat mortem. Noli
te itaque errare fratres mei dilectissimi.
Omne datum optimum et omne donum per
fectum desursum est descendens a patre
luminum apud quem non est transmutatio nec
vicissitudinis obumbratio. Voluntarie
enim genuit nos verbo veritatis. ut simus
initium aliquod creature eius. Scitis fratres
mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox
ad audiendum. tardus autem ad loquendum
et tardus ad iram. Ira enim viri iustitiam
dei non operatur. Propter quod abicientes omnem
immunditiam et habundantiam malitie in
mansuetudine suscipite insitum verbum
quod potest salvare animas vestras. Estote autem
factores verbi et non auditores tantum. fallen
tes vos metipsos. quia si quis auditor est
verbi et non factor. hic comparabitur viro consideranti
vultum nativitatis sue in speculo. Con
sideravit enim se et abiit et statim oblitus est
qualis fuerit. Qui autem perspexerit in legem per
fecte libertatis et permanserit in ea non audi
tor obliviosus factus sed factor operis. hic beatus
in facto suo erit. Si quis autem putat se reli
giosum esse non refrenans linguam suam.
sed seducens cor suum huius vana est religi
o. Religio munda et immaculata apud
deum et patrem hec est visitare pupillos
et viduas in tribulatione eorum. et immaculatum
se custodire ab hoc seculo.

II

Fratres mei nolite in personarum accepti
one habere fidem domini nostri ihesu christi glo
rie. Etenim si introierit in conventum vestrum vir aure
um anulum habens in veste candida. intro
ierit autem et pauper in sordido habitu. et inten
datis in eum qui indutus est veste preclara
et dixeritis ei. tu sede hic bene. pauperi autem
dicatis. tu sta illic. aut sede sub scabello
pedum meorum. nonne iudicatis apud vos
metipsos et facti estis iudices cogitationum
iniquarum. Audite fratres mei dilectissimi. No
nne deus elegit pauperes in hoc mundo divi
tes in fide et heredes regni quod repromisit
deus diligentibus se. Vos autem exhonoratis
pauperem. Nonne divites per potentiam oppri
munt vos. et ipsi trahunt vos ad iudicia.
Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod
invocatum est super vos. Si tamen legem perfici
tis regalem secundum scripturas. Diliges pro
ximum tuum sicut teipsum bene facitis. Si autem
personas accipitis peccatum operamini. redar
guti a lege quasi transgressores. Quicumque autem
totam legem servaverit. offendat autem in
uno factus est omnium reus. Qui enim dixit
non mechaberis dixit et non occides. Quod si non
mechaberis. occidas autem factus es transgressor
legis. Sic loquimini et sic facite sicut per legem
libertatis incipientes iudicari. Iudicium
enim sine misericordia illi qui non facit misericordiam. Sup
erexaltat autem misericordia iudicium. Quid proderit
fratres mei si fidem quis dicat se habere opera
autem non habeat. Numquid poterit fides salvare
eum. Si autem frater aut soror nudi sint et in
digeant victu cotidiano. dicat autem aliquis
de vobis illis ite in pace. calefacimini et saturamini.
non dederitis autem eis que necessaria sunt corpori. quid
proderit. Sic et fides si non habeat opera mortua est

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

in semetipsa. Sz dicet aliquis. Tu fidem
hes. ⁊ ego opa hes. Ostende m fide tua
sine opib; ⁊ ego ostendam tibi ex opib;
fidem meam. Tu credis qm un⁹ est ds.
Bn facis. Et demones credunt ⁊ cre
miscunt. Vis au scire o ho inanis qm
fides sine opib; ociosa est. Abraham
pr nr. nne ex opib; iustificatus e of
ferens ysaac filiu suu sup altare. Vi
des qm fides coopabatur opib; illi⁹.
⁊ ex opib; fides ꝯsummata e ⁊ suple
ta est scriptura dicens. Credidit abra
ham deo. ⁊ reputatum e illi ad iustiā
⁊ amicus dei appellatus e. Videtis qm
ex opib; iustificatur ho ⁊ n ex fide tm.
Simil' au ⁊ raab meretrix. nne ex ope
rib; iustificata e. suscipiens nuntios
⁊ alia uia eiciens. Sicut eni corpus si
spu mortuu e. ita et fides sine opib;
Nolite plures III mortua est.
magri fieri fres mei. scientes
qm maius iudicium sumitis. In multis
eni offendimus oms. Siquis i uerbo n
offendit. hic pfectus est uir. Potest etia
freno circumducere totum corp⁹. Si aut
equis frenos in ora mittim⁹ ad ꝯsentie
dum nob. ⁊ omne corp⁹ illoꝝ circu͡ferim⁹.
Ecce ⁊ naues cu magne sint ⁊ a uētis
ualidis minentur. circu͡feruntur aut
a modico gubnaculo. ubi impetus di
rigentis uoluerit. Ita ⁊ lingua modicu
quide membru e ⁊ magna exaltat. Ec
ce quantus ignis qm magna silua ice
dit. Et lingua ignis e. uniusitas iniq
tatis. Lingua ꝯstituit i membris uris
q maculat totum corp⁹ ⁊ inflamat ro
tam natiuitatis nre inflamata a ge
henna. Omis eni na bestiaꝝ ⁊ uolucr
⁊ serpentiu ⁊ cetoꝝ domant ⁊ domita
sunt a na humana. linguā au nullu
hominu domare pt. Inquietu malu
plena ueneno mortifero. In ipa bn
dicimus dm ⁊ prem. ⁊ in ipa maledi
cim⁹ homies qui ad similitudinē dei
fci sunt. Ex ipso ore pcedit bndictio et
maledictio. Non oz fres mei hec ita fi.
Numqd fons de eodem foramine ema
nat dulcem ⁊ amarā aqa. Numquid
pt fres mei ficus uuas facere. aut
uitis ficus. Sic neq salsa dulcem pt
facere aqm. Quis sapiens ⁊ disciplinat⁹
fuerit inter uos. Ostendat ex bona co
nersatione opam suam i mansuetu
dine sapie sue. Qd si zelum amarum
hetis ⁊ ꝯtentiones sunt in cordib; uris
nolite gloriari et mendaces ee adusu
ueritatem. Non est eni ista sapientia de
sursum descendens. sz trena animalis
dyabolica. Ubi eni zelus ⁊ ꝯtentio. ibi
inꝯstantia ⁊ omne op⁹ prauu. Que au
desursum est sapia. primu quidem
pudica e. deinde pacifica. modesta.
suadibil' bonis ꝯsentiens. plena mi
sericordia ⁊ fructib; bonis. iudicans
sn simulatione. Fructus au iustitie
in pace seminat facientib; pacem.
Unde bella ⁊ lites i uob. IIII
Nonne hinc ex ꝯcupiscentiis
uris que militant i membris uris.
Concupiscitis ⁊ n hetis. occiditis et
zelatis ⁊ n potestis adipisci. Litigatis
⁊ belligeratis. ⁊ n hetis pp q n postula
tis. Petitis ⁊ n accipitis eo qd male
petatis. ut i ꝯcupiscentiis uris insu
matis. Adultri. nescitis q amicitia
hui mundi inimica e dei. Quicuq g
uoluit amic⁹ ee sch hi⁹. inimic⁹ dei ꝯsti
tuit. Aut putatis q inaniter scriptura

dicat. Ad inuidiam concupiscit spiritus qui ha
bitat in uobis. Maiorem autem dat gratiam.
propter quod dicit. Deus superbis resistit. humilibus
autem dat gratiam. Subditi ergo estote deo. resi
stite autem diabolo et fugiet a uobis. Appropinqua
te deo et appropinquabit uobis. Emundate
manus peccatores. et purificate corda du
plices animo. Miseri estote. lugete et
plorate. Risus uester in luctum conuertatur
et gaudium in merorem. Humiliamini in
conspectu domini et exaltabit uos. Nolite
detrahere alterutrum fratres mei. Qui detra
hit fratri aut qui iudicat fratrem suum detra
hit legi et iudicat legem. Si autem iudicas
legem. non es factor legis sed iudex. Unus
est enim legislator et iudex qui potest perdere
et liberare. Tu autem quis es qui iudicas
proximum tuum. Ecce nunc qui dicitis ho
die aut crastino ibimus in illam ciuitatem
et faciemus quidem ibi annum et merca
bimur et lucrum faciemus. qui ignoratis quid
sit in crastinum. Que enim est uita uestra.
uapor est ad modicum parens et dein
ceps exterminabitur. pro eo ut dicatis. Si
dominus uoluerit et si uixerimus faciemus hoc aut
illud. Nunc autem exultatis in superbiis
uestris. Omnis exultatio talis maligna est.
Scienti ergo bonum et non facienti peccatum est illi.

face

V

Agite nunc diuites. plorate
ululantes. in miseriis uestris que
aduenient uobis. Diuitie uestre putrefacte
sunt et uestimenta uestra a tineis come
sta sunt. Aurum et argentum uestrum erugi
nauit et erugo eorum in testimonium uobis
erit. et manducabit carnes uestras sicut
ignis. Thesaurizastis uobis iram in nouis
simis diebus. Ecce merces operariorum ue
strorum qui messuerunt regiones uestras que
fraudata est a uobis clamat. et clamor
eorum in aures domini sabaoth introiuit. Epulati
estis super terram et in luxuriis enutristis
corda uestra. In die occisionis adduxistis.
occidistis iustum et non restitit uobis. Patien
tes ergo estote fratres usque ad aduentum domini.
Ecce agricola expectat preciosum fructum
terre. patienter ferens donec accipiat tempo
raneum et serotinum. Patientes estote et uos
et confirmate corda uestra. quoniam aduentus domini ap
propinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alte
rutrum ut non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam
assistit. Exemplum accipite fratres exitus
mali et laboris et patientie longanimitatis
prophetas. qui locuti sunt in nomine domini. Ecce
beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam
iob audistis. et finem domini uidistis. Quoniam
misericors est dominus et miserator. Ante omnia autem
fratres mei nolite iurare neque per celum neque
per terram neque aliud quodcumque iuramentum. Sit
autem sermo uester. est est. non non. ut non sub iudicio
decidatis. Tristatur autem aliquis uestrum. oret
equo animo et psallat. Infirmatur quis ex uobis.
inducat presbiteros ecclesie et orent super eum. un
gentes eum oleo in nomine domini. et oratio fidei
saluabit infirmum. et alleuabit eum dominus.
et si in peccatis sit remittentur ei. Confitemini
ergo alterutrum peccata uestra. et orate pro inuicem
ut saluemini. Multum enim ualet deprecatio
iusti assidua. Helyas homo erat similis
nobis passibilis. et oratione orauit ut non plueret
super terram. et non pluit annos tres et menses sex.
Et rursum orauit. et celum dedit pluuiam
et terra dedit fructum suum. Fratres mei.
si quis ex uobis errauerit a ueritate. et con
uerterit quis eum. scire debet. quoniam qui con
uerti fecerit peccatorem ab errore uie sue
saluabit animam eius a morte. et operit mul
titudinem peccatorum. Explicit epistola iacobi.
Incipit epistola petri prima.